Es dela libr.a del Coleg.o R.l de la Comp.a de Ihs de Salam.ca

DECEM CONCLVSIONVM MANVS IN AVGVSTISSIMO TOTIVS ORBIS TERRARVM SALMANTICENSIS SCHOLAE THEATRO.

A DON AMERICO MARTIO Mediceo Juris ſtudioſo publicè diſputatarum, Dicata conſecrataq́;.

ILLVSTRIS.mo ET EXCELLENTIS.mo D. D. Franciſco Mediceo Sereniſsimi Magni Etruriæ Ducis Fratri.

PRÆFVIT JOANNES DE Solorçano & Pereyra I. C. vel ad priſcam ætatem elegantiſsimus, digniſsimusque Veſpertinæ Iuris Cæſarei Cathedræ Anteceſſor.

SALMANTICAE. DIE. HORA. Menſis Auguſti. Anno 1609.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

ILLVSTRIS.[mo] ATQVE EXCELL.[mo] D. D. FRANCISCO MEDICEO SERENISSIMI MAGNI ETRVRIAE DVCIS FRATRI.

D. Americus Martius Mediceus.

VLYSSES *Ille Homericus in ſtadio cum Aiace curſu certans Palladem precibus affatur, vt eum compotem victoria faciat: an non ego ſupremum aliquod numen, primitias ei laborum meorum (veluti ariſtas Cereri) conſecrans orauero, vt*

 mihi

EX NOBILIBVS IVRIS CONSVLTORVM

Cæſarumque reſponſis in lege ſecunda l. verbis ciuilibus 7. l. Centurio. 15. ff. de vulg. & pup. & l. Precibus 8. Cod. de Impub. & alijs ſubſt. Sequentes proponuntur Iuris ſtudioſis diſputandæ Concluſiones.

PRIMA CONCLVSIO.

TESTAMENTVM Quod pater impuberibus liberis facit, & inde pupillaris ſubſtitutio appellatur, Romanorum olim mores introduxerunt, & nouiores poſtea Cæſarum leges ſcripto formarunt. In quo nihil ex priuilegio parētibus datum, ſed omnia ex ſummo patriæ poteſtatis imperio, & Ciuilis iuris regulis promanaſſe, contra plures defendam.

SECVNDA CONCLVSIO.

VBI Maſculus decimi quarti anni, & fœmina duodecimi vltimum tetigerit diē,